

ANNO 1751.

In Civitate Aquilejensi...

In Civitate Aquilejensi...

Yandem Eccliam...

Appellatum dicitur...

tifices successores nostros pro tempore ad eundem Archiepiscopatum Utinensem promovendam, eique practicandam, etiam perpetuo respectivo concedimus, & impertitur, prout per alias quoque Litteras in forma Brevis super utriusque juris nominandi hujusmodi concessione peculiariter respectivo expedienda id ipsum statuemus, ac indulgemus.

§. 13. Praefato autem Dilecto Filio nostro Daniele Presbytero Card. Desino nuncupato, ob personalem ipsius meritorum magnitudinem, ut, non obstante Patriarchatus Aquilejensis suppressione & extinctione, per Nos, ut praefertur, factis, ipse nihilominus, quoad vixerit, absolutum & simplicem Patriarchatus titulum & denotationem retinere, & gerere possit & valeat; ita tamen ut ejusdem in dicto Archiepiscopatu Utinensi Successores, non alio, quam Utinensium Archiepiscoporum Titulo denominari possint aut debeant, eorundem praesentium tenore concedimus & indulgemus.

§. 14. Aquilejensis porro Civitatis magnitudine quondam & populi frequentia insignis, quantum ab antiquo splendore prolapsa, quaque ad deteriorem conditionem redacta sit, omnibus notum est atque competentum. Illius autem Incolarum Cura Parochialis inter duas Ecclesias divisa est, ab eisque dependet; quarum una est ipsa, quae hactenus Patriarchalis etiam extitit, Ecclesia, in honorem Beatae Mariae Virginis in Caesum Assumptae, seu forsan Nativitatis ejusdem Beatae Mariae Virginis, Omnipotentis Deo dicata, cujus quidem Animarum Parochianorum cura per ipsius Ecclesiae Sacristam pro tempore existentem exerceri consuevit, altera vero est Parochialis Ecclesia S. Joannis in foro, seu in Platea nuncupata, cujus Rector, seu Presbyter Curatus, a Communitate, & Homines dictae Civitatis, ut accepimus, eligi, nominari, ac Ordinario Locipraesentari solitus, erga Parochianos Ecclesiae hujusmodi jura Parochialia exercet. Quum itaque Civitas Aquilejensis sub temporalis Austriacorum Principum ditione constituta sit; ideoque illius spirituale regimen, juxta praemissa, ad futuram Goritiensem Archiepiscopatum pertinere, idemque futurus Archiepiscopus, Ordinario, & Diocesano jure, suam plenam jurisdictionem in eadem Civitate exercere debeat; Ne quid unquam libero hujusmodi jurisdictionis exercitio officere valeat, Nos in primordialis Ecclesiae, cujus Patriarchalem qualitatem, nec non Cathedralitatem, aliaque praedicta jura jam suppressimus & extinximus, omnem etiam Parochialitatem, illiusque Curam Parochialem, hanc quoque serie suppressimus & extinximus; ac illius sic suppressae & extinctae animarum Parochianorum curam, ad dictam Parochialem Ecclesiam S. Joannis in Foro, seu in Platea nuncupatam transferimus, illique subicimus, & cum omnibus & singulis Parochialibus jurebus respectivo applicamus, appropriamus, & cum ea incorporamus: Ita ut illius Rector, seu Parochus, omnium animarum Christianissimum tam suae hactenus Parochiae, quam etiam alteri in praefata Patriarchali olim Ecclesia ad hunc diem existenti subiectorum, curam & regimen gerat, idemque, unicum omnibus suis Parochianis, hoc est, cum universo Aquilejensis Civitatis populo, praedicti futuri Goritienensis Archiepiscopi Ordinario juri subiectus existat.

§. 15. Cum vero Apostolica haec Sancta Sedes in eadem Ecclesia a cujus signioribus quibusdam Basilicis, libertatis, & exemptionis, ac immediatae eidem Apostolicae Sedi subjectionis privilegia impertiri consueverit; Nos dictam Aquilejensem quondam Patriarchalem Ecclesiam Pontificiae liberalitatis munibus decorare volentes, dictae potestatis plenitudine, eandem a fururi, & pro tempore existentis Archiepiscopi Goritienensis, & cujuscumque alterius Archiepiscopi, seu Episcopi jurisdictione, in omnibus, & per omnia per easdem praesentes extinximus & liberamus, ac perpetuis futuris temporibus exemptam, immunem & liberam, Nobisque, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus, & huic Apostolicae Sedi immediate subiectam esse & fore decernimus. Ne autem ob nimiam praesentia distantiam, ipsa Basilica praedicta necessariae assistentiae praesidio careat; Apostolico Delegato in dicta Civitate constituto, cui ab aliquot retro saeculis

Monialium Monasterii Aquilejensis gubernium, apostolica auctoritate, & independenter ab Ordinario jurisdictione commissum dignoscitur, ejusque futuris Successoribus, quos quidem in posterum semper ex personis eorundem Austriacorum principum subditis eligendos fore statuimus, & nostras, & Apostolicae Sedis vires committimus ac demandamus, ut ipse nunc existens Delegatus, ejusque Successores hujusmodi, tanquam Apostolici ad hoc etiam Delegati, nostroque, & ejusdem Apostolicae Sedis nomine, & auctoritate, cum debita a Nobis, & successoribus nostris dependentia, dictam Aquilejensem Basilicam olim Patriarchalem, ab Archiepiscopi Goritienensis, & alterius cujuscumque Archiepiscopi, sive Episcopi jurisdictione exemptam, Nobisque, & Apostolicae Sedi, ut praefertur, immediate subiectam, studeant salubriter regere, feliciter gubernare, & provide conservare.

§. 16. Praesentes autem Litteras, & in eis contenta, & statuta quaecumque, etiam ex eo, quod quilibet in praemissis, seu in eorum aliquo, jus aut interesse habentes, vel habere praetendentes etiam quomodolibet in futurum, cujuscumque status, ordinis, praemiaentiae, & Ecclesiasticae, vel Mundanae Dignitatis sint, etiam specifica & individua mentione & expressione digni, illis non consentient; seu, quod aliqui ex ipsis ad ea minime vocati, vel etiam nullimode, aut non satis auditi fuerint: Aut ex alia qualibet, etiam lesionis, vel alias juridicae & privilegiatae causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso unquam tempore de subieptionis, vel obreptionis, vel nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu, quantumvis magno inexcogitato & substantiali; sive etiam ex eo, quod in praemissis, solemnitates, & quaecumque alia forsan servanda & adimplenda, minime servata, & edimpleta, seu causa, propter quas praesentes emanaverint, non satis adducta, verificata, ac justificata fuerint, notari, impugnari, aut in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel justitiae remedium impetrari posse; sed tanquam ex Pontificae providentiae Officio, & Motu proprio, certa scientia, deque Apostolicae potestatis plenitudine nostris, factas & emanatas, omnimoda firmitate perpetuo validas & efficaces existere & fore, suoque plenarias & integros effectus foris & abstinere, ac per omnes & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari; omnibusque etiam & singulis, quorum favorem concernunt, plenissime suffragari; & si locus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & pro- fusum inane esse & fore, pari auctoritate volumus, atque decernimus.

§. 17. Non obstantibus, de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad Partes, vocatis, quorum interest, alisque nostris, & Cancellariae Apostolicae Regulis; necnon dictae Ecclesiae olim Patriarchalis, per Nos, ut praefertur, suppressae & extinctae, erectione & fundatione: Omnibusque & singulis Apostolicis, ac in Synodalibus quoque, Provincialibus, & Universalibus Conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus: Nec non ejusdem Ecclesiae olim Patriarchalis per Nos, ut praefertur, suppressae & extinctae, etiam confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alia roborata, statutis & consuetudinibus, etiam immemorabilibus Privilegiis quoque Indultis, Concessionibus, & Donationibus eidem Ecclesiae, ut praefertur, suppressae & extinctae, aut quibuscumque personis, quacumque Ecclesiastica, aut Mundana dignitate fulgentibus, quantumvis specifica & individua mentione dignis, etiam Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, Imperatorum, Regum, Rerum publicarum, & aliorum Supremorum Principum auctoritate, & liberalitate, seu ad alicujus ex supra expressis instantiam, intuitum, & contemplationem, sub quibuscumque formis, & verborum tenoribus, etiam Motu simili, & de Apostolica potestatis plenitudine, seu Consistorialiter, in contrarium praemissorum concessis, & emanatis, & longissimi,

PONT. A. XI.

Præmissorum omnium firmitati consulti per oppositos clausulas & Decretis.

Contrariis quibuscumque derogat.

ANNO 1751.

PONT. A. XI.

Transumptis eidem habet.

Sanctio.

Dat. die 6 Julii 1751.

gissimi, ac immemorabilis temporis usu, possessione, seu quasi, exercitis, atque praescriptis; Quibus omnibus & singulis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, & individua mentio, seu quaestis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro expressis habentes, ad praemissorum omnium & singulorum effectum, latissime & plenissime, ac specialiter & expresse, ex certa scientia, motuque, & potestatis plenitudine paribus, derogamus, derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 18. Volumus etiam, ut ipsarum praesentium Transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem profus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si ferri exhibebat, vel ostensa.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrae approbationis, suppressionis, extinctionis, duplicis erectionis, constitutionis, concessionis, impertitionis, exemptionis, liberationis, subiectionis, commisionis, mandati, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae MDCCCL pridie nonas Julii, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Ego Benedictus Catholicae Ecclesiae Episcopus.

- Ego Thomas Episcopus Ostiensis Cardinalis Rufus Decanus S. R. E. Vice-Cancellarius.
Ego Amibal Episcopus Tortuven. Card. S. Clementis Albanus.
Ego Petrus Aloysius Episcopus Albanus. Card. Carafa.
Ego Antonius Xaverius Episcopus Praenestinus Card. Gentili.
Ego Raynerius Episcopus Sabino. Card. de Ileo.
Ego Joannes Antonius Episcopus Tusculanus Card. Guadagni.
Ego Nicolaus Maria Tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Card. Loreari.
Ego Franciscus Tit. S. Mariae Transiberim Presbyter Card. Burghesius.
Ego Dominicus Tit. SS. Duodecim Apostolorum Presbyter Card. Riviera.
Ego Pompejus Tit. S. Eusebii Presbyter Card. Aldrovandus.
Ego Joseph Tit. S. Pudencianae Presbyter Card. Spinellus.
Ego Carolus Tit. S. Mariae in Ara-Caroli Presbyter Card. Rezzonicus.
Ego Dominicus Tit. S. Bernardi ad Thomas Presbyter Card. Passioneus.
Ego Sibrinus Tit. S. Callisti Presbyter Card. Valenti S. R. E. Camerarius.
Ego Carolus Tit. S. Anastasiae Presbyter Card. Saccipantes.
Ego Joachim Tit. S. Ceciliae Presbyter Card. Portocarrero.
Ego Camillus Tit. SS. Joannis, & Pauli Presbyter Card. Paulutius.
Ego Carolus Albertus Tit. S. Mariae de Pace Presbyter Card. Cavalchini.
Ego Jacobus Tit. S. Hieronymi Illyriorum Presbyter Card. Oddi.

- Ego Franciscus Tit. S. Mariae de Populo Presbyter Card. Riccius.
Ego Antonius Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Card. Rufus.
Ego Philippus Maria Tit. S. Stephani in Monte Caelio Presbyter Car. de Montius.
Ego D. Fortunatus Tit. S. Matthei in Merulana Presbyter Card. Tamburinus.
Ego D. Joachim Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Besutius, Major Panitontianus.

- Ego Joannes Baptista Tit. S. Honophrii Presbyter Card. Mesmers.
Ego Marius Tit. S. Marcelli Presbyter Card. Millinus.
Ego Henricus Tit. S. Mariae in Porticus Presbyter Card. Dux Eboracensis.

- Ego Alexander S. Mariae in Via-Lata Diaconus Card. Albanus.
Ego Nerius S. Eustachii Diaconus Card. Corsinus.
Ego Hieronymus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Columna.
Ego Prosper S. Georgii in Velabro Diaconus Card. Columna de Sierra.
Ego Alexander S. Mariae in Aquiro Diaconus Card. Tenarius.
Ego Hieronymus S. Adriani Diaconus Card. Bardi.
Ego Dominicus SS. Petri, & Modesti Diaconus Card. Urbinus.

D. Card. Passioneus. J. Datarius.

VISA DE CURIA. J. C. Boschi. J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium. Publicata die 17. ejusdem Mensis, & Anni.

ECCLISIAE PAROCHIALES, LI.

Aliaque Officia ad animarum curam spectantia, in Indis Occidentalibus Hispaniarum Regi subiectis, etiam secularibus Clericis seu Presbyteris confertis posse, conceditur, contrariis non obstantibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

CUM nuper Charissimus in Christo Filius noster Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus, per Dilectum Filium nostrum Joachimum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Portocarrero nuncupatum, ad sua, suorumque Regnorum negotia apud

ANN 1751.

Soli Regula- res in Indiis Occid. ani- marum cu- ram exer- cent, ex Pri- vilegiis Apo- stolicis.

Clerici Secu- laris doctri- nae, non amplius ab ea excluden- dus, videtur.

Episcopi idem fen- sionem cum Rege Catho- lico.

Pontifex in eisdem fen- sionem decessit.

Regulares veteri iure animum curam capere solent.

Sed nunc dis- pensatione ad id opus ha- bent.

Non conce- denda nisi ex instan- tiis Episcopi.

Quid decre- tum de Ca- proderunt a Summis Pontificibus confirmata. Quibus in- ter se collatis, nostraeque diuturno studio & labore dili- genter ponderatis, ad definiendam veterem controver- siale inter- sionem super capacitate Canonicorum, Regularium Late- ransium, & Sanctissimi Salvatoris nuncupatorum, ad obtinenda Beneficia Curata, & Residentialia,

apud Nos, & Apostolicam Sedem gerenda specialiter deputatum, & voce & scripto Nobis representari cu- raverit, opportuna aliqua Apostolica auctoritate nos- tra providentia opus esse in Indiis Occidentalibus ip- sis Regis Dominio subjectis; super hoc, quod in iis Regionibus Parochiae, Doctrinae, aliaque Munia & Officia ad animarum curam pertinentia, per Regula- res dumtaxat obtinentur; & administrantur, in vim quarumdam Litterarum Apostolicarum a recolendae me- moriae Praedecessore nostro S. Pio Papa Die XXIV. Martii Anni MDLXII. editarum, & incipientium: *Exponi no- bis*; quibus aliorum etiam Romanorum Pontificum Prae- decessorum nostrorum confirmationes accesserunt; ex quo fit, ut universus Clerus Saecularis illarum Partium, quan- tumvis a multo jam tempore, & numero frequens, & moribus, atque doctrina conspicuus esse dignoscat- ur, ab iisdem Parochiis, Doctrinis, caeterisque Of- ficiis, atque muneribus animarum curam concernen- tibus, omnino exclusus remaneat; quia quidem de re quam Venerabiles Fratres nostri Archiepiscopi & Episcopi per eandem Indiarum Regionem constituti, non semel apud ipsum Ferdinandum Regem conque- risti fuerint, idcirco ipse, pro sua prudentia, magno- pere expediens in Domino fore iudicaret, ut quan- vis etiam eorumdem Antistitum votis, & Secularis Cleri rationibus, obstant Praedecessorum nostro- rum Romanorum Pontificum Constitutiones, Nos, hodierni temporis circumstantias perpendendo ab il- lis longe diversas, quibus huiusmodi provisiones emanarunt, eisdemque Constitutionibus derogando, praedi- ctis Archiepiscopis & Episcopis liberam facultatem concederemus, ut dictas Parochias, Doctrinas, alia- que munia, & Officia ad animarum curam spectan- tia, Regularibus Personis hucusque conferri solita, in posterum etiam Secularibus, Clericis, seu Presby- teris conferre libere & licite possent: Nos, omni- bus mature perpensis, quum Regiam hanc petiti- onem non modo Sacris Canonibus, sed etiam prae- dicti Sancti Pii Pontificis menti, & dictorum Prae- decessorum nostrorum, ac Sedis Apostolicae Institutis conformem agnovimus; hanc rem eiusmodi esse gaudemus, ut liceat Nobis ea verba usurpare, qui- bus olim Magnus Praedecessor noster Innocentius Papa III. Castellam Regem est alloquutus: *Cum personam tuam, inter Christianissimos Reges, & Catholicos Prin- cipes, speciali dilectionis praevogativa in Domino am- plectamur, preces ac petitiones tuas, in quibus pos- sumus, libenti animo exaudimus, & ad ea gratanter intendimus, quae Serenitati Regiae novimus complacere, ut videre est in ipsius Pontificis Epistolarum Reges- III. lib. I. Epist. IX.*

Apostolicam Constitutionem septimo Idus Julii Anno Domini MDCCXLV. editimus, incipientem: *Quod inscrutabili*; quae in Bullario nostro impressa est, *Tom. I. num. CXXXV.* atque etiam, una cum Dissertatione super hoc a Nobis extrata, inserta fuit, a diligen- tissimis Editoribus in Commentariis *Joannis Baptistae Ri- gantii ad Regulas Cancellariae Apostolicae*: In qua nempe Constitutione decretum fuit, praedictos Canonicos, utpote veros Regulares, Apostolica Dispensatione in- digere, ut huiusmodi beneficia assequantur; tametsi a *Sanctorum Monachorum consortio non sancti, regule infer- vian laxiori*; ut de ipsis loquitur praedictus Innocen- tius Praedecessor, in citato cap. *Quod Dei timorem, de Statu Monachorum.*

§. 2. Ab hac norma minime recessisse putandus est laudatus Praedecessor Sanctus Pius V., dum per suas allegatas Litteras: *Exponi Nobis*, Religiosos, Viros ad Parochias assequendas in partibus Indiarum Maris Oceani, aliaque Parochialia munia exercenda, habiles red- dit, sed hanc suam concessionem ea ratione constabi- lit, quod scilicet ipsi Regulares eo usque in dictis par- tibus Officio Parochii fundi fuerant; additis sequenti- bus verbis; *propter Tresbyterorum defectum*. Quibus ni- mirum verbis satis ostenditur, huiusmodi Litterarum dispositionem locum habere dumtaxat, ubi desint, nec haberi possint Presbyteri Seculares ad animarum curam exercendam idonei, juxta declarationem editam a sa- cralis recordationis Praedecessore nostro Innocentio Papa X. per Litteras Apostolicas datas die XV. Maji Anni MDCLVII., & in Bullario Romano Relatas *Tom. V. inter ejus Pontificis Constitutiones n. XXXII.*, quarum initium est: *Cum licet accepimus*; ubi de hac ipsa Plana Constitutione loquendo, statuit *il- lam non suffragari, nisi in locis, ubi est defectus Pa- rochorum.*

§. 3. Haec olim per Nos ipsos, dum in minoribus constituti; Congregationis Cardinalium Concilii Tri- dentini Interpretum Secretarii munere fungebamur, la- tius deducta fuerunt, occasione propositionis cuiusdam *Causae Mexicanae*, quae diebus quarta Julii, & octava Augusti Anni MDCCXXII. in eadem Congregatione discussa fuit, ut videre est in *Tom. 11. Thesauri Res- solutionum dictae Congregationis Concilii*. Et quamvis ad instantiam tunc existentis Archiepiscopi Mexicani, con- tendentis liberam sibi fieri facultatem, ut Parochiales Ecclesias, atque Doctrinas, quas Regulares privative jure sibi vindicabant conferre possent etiam Presbyteri Secularibus, quos magno numero, & requisitis qua- litatibus praeditos in sua Dioecesi adesse assererat, ni- hil tunc definitive rescriptum fuerit: Nihilominus hanc generaliter sententiam ab ipsa Congregatione admis- sam, receptamque memimus, ac pro certo testa- mur; quod nempe, deficientibus tantummodo Pres- byteris Secularibus, praedicta Plana Constitutio lo- cum habere deberet. Ideo autem nullum in ea Cau- sa Decretum tunc editum fuit, quia, quum prae- dicta Plana Constitutio ad instantiam Regis Catholici primum emanaverit, & omnes Indiarum Occiden- talium Regiones comprehendat; nihil praeferre decer- ni posse visum fuit, nisi & Decreta desuper edita ad Catholicorum Regum notitiam deducerentur, & non solum quid Mexicanae Dioecesi, sed etiam quid aliis Indiarum Ecclesiis, atque Dioecesibus contingeret, & magis opportunum foret, certis relationibus innotesceret.

§. 4. Quare, quum hodie ex parte ipsius Regis Catholici opportuna super hoc providentia requira- tur; hanc vero Archiepiscoporum, Episcoporum, aliorumque Ordinariorum dictarum Regionum pre- ces vehementer exposcat; Cumque huiusmodi pre- ces, & Canonice sanctionibus contentaer, & ipsius Sancti Pii Praedecessoris menti minime adversantes, & huius demum Apostolicae Sedis sensui institutoque conformes esse dignoscantur; cum denique equum non sit, ut eiusmodi Privilegium, quod eo tem- pore concessum fuit, quum in Indiis Occidentalibus Presbyterorum Secularium copia non aderat, his et- iam temporibus patem vim habeat, dum Cleri Se- cularis numerus satis amplus ibidem existit, plures- que Sacerdotes Seculares ad animarum curam idonei, caeterisque optimis dotibus instructi reperiantur: Idcirco Nos, praedicti Charissimi in Christo Filii no-

PONT. A. XI.

Privilegium Sancti Pii V. ob defectum Presbytero- rum concessum fuit.

Regule defec- tu perman- nente, vim suam reci- nere referen- dum est.

Instantia ex parte Episco- porum alios populos, cui sine Rele- ptio dimissa fuerit.

Eidem an- nuerendum sane plura saudent.

stri

ANN 1751.

PONT. A. XII.

Episcopi & Locorum Ordinarii, permissis, ut Beneficia & Officia Curata Secu- laribus Clericis seu Presbyteris conferre possint, contra rili non ob- stantibus.

Regulares in huiusmo- di officis perferen- tes, vel ad ea deinceps assumendi, Canonice subiectionem Ordinaris praestare de- bent.

Ad formam Litterarum, quae vide supra Tom. 2. num. 109.

Ordinarij quomodo praesenti con- cessione uti debeant.

stri Ferdnandi Hispaniarum Regis Catholici instantiae libenter annuentes; ac etiam motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, & praesentium Litterarum tenore; praedictis Venerabili- bus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis Dilectis Filiis, in Indiis Occiden- talibus constitutis, permissis & concedimus, ut, non obstantibus praemissis Sancti Pii V. Praedecessoris Litteris, aliisque in eorum confirmationem ab hac eadem Apostolica Sede emanatis, (quibus etiam, quan- tenus opus sit, eorumdem praesentium serie, ac didis motu, scientia, & potestatis plenitudine derogamus,) Seculares Clericos, seu Presbyteros quoscumque, quos scilicet, praevio examine, juxta ea, quae in concilio Tridentino statuta sunt, idoneos & habiles repererint, ad Parochias, Doctrinas, & alia quaecum- que munia, & Officia ad animarum curam pertinentia, prout ipsis opportunum in Domino visum fuerit, ad- mittere & assumere, eisque etiam Parochiales Eccle- sias huiusmodi, aliaque Ecclesiastica perpetua Beneficia, quibus animarum cura imminet, in Titulum con- ferre, distoque Presbyteros, seu Clericos, de illis pro- videre possint & valeant; ad quem effectum Nos ipsis necessarias omnes & opportunas facultates concedimus & impertimus.

§. 5. Quia vero ex hac concessione nostra minime sequitur, quin Regulares praedicti plures adhuc Pa- rochias, atque Doctrinas, in Indiis Occidentalium Regionibus, & in praesens retinere, & in posterum adipisci valeant; aliunde autem Nobis relatum est, nonnullos huiusmodi Regulares animarum curam exer- centes contendere, se Episcopos, & Ordinarios Locorum, in officio officioso dumtaxat, ut ipsi loquuntur, subiectos esse; Ideo Nos ad quaecumque inordinatio- num pericula averenda, & redigere disciplinae leges asserendas intendimus, & declaramus, huiusmodi Regulares curam animarum gerentes, in iis quidem, quae concernunt eorum Regularis Institutum observantiam, Episcopo nullatenus subiectos esse, sed a suis Su- perioribus Regularibus quoad hanc privative depende- re; in his autem, quae vel ad ipsum spectant exerci- tium curae animarum, vel etiam ad eorum vitam & mores pertinent, Nos ipsarum praesentium tenore declaramus, eosdem Regulares etiam Episcopos, ali- que Locorum Ordinarios subiectos esse; ideoque ab eis- dem Episcopis, & Ordinariis, eorumque Visitatoribus, atque ac a suis Regularibus Superioribus, in his omni- bus corrigi possent; siquidem impossibile non est, ut alicuius ex ipsis vitae ratio talis esse dignoscatur, quae cum animarum regimine minime conveniat, & Fidelibus Parochiae subditis, spirituale detrimentum & scandalum pariat. Hoc idem, Canonice Sanctionibus, & Concilii Tridentini Decretis inherentes, jam dudum statuimus atque decrevimus; per nostras sub Plum- bo Litteras datas duodecimo Kal. Decembris Anni MDCCXLIV. quarum initium est: *Firmandis atque asserendis*, & impressae sunt in Bullario nostro *Tom. I. num. CIX.* quae, cum ad Indias etiam Occidentales se extendant, ibidem quoque executioni mandari debent, & inviolabiliter observari: Quod idem decernimus de duabus Regulis in eadem Constitutione nos- tra, ex Apostolicae Sedis Decretorum auctoritate, con- stitutis; quarum una est, quod in omnibus rebus, in quibus Regulares animarum curae praepositi Episcopo- rum simul, & regularium Praetorum jurisdictioni cu- mulative subdant, si aliter ab uno, aliter ab alio Su- periore iudicari contingat, Episcopi iudicium Regularis Superioris iudicio semper praeseri debet: Altera vero est, quod, quum Regulares nonnisi cum amovibilitate qualitate animarum curam exercere valeant; tam Episcopus, quam Regularis Praetor, quoties ita in Domino expedire iudicaverint, Regularem Parochiam ab huiusmodi cura vellet remove; ita ut neque Regularis Superior compelli possit huiusmodi remo- tionis causas Episcopo significare; neque Episcopus ad similem remotionem procedens, Regulari Prae- lato notas facere teneatur causas, quibus ad id adductus fuerit.

§. 6. Quoniam vero fieri alicubi potest, maxime autem in novis Populorum ad Fidem reductionibus, ut Regulares Parochos mutare, etiam cum Secula- res Sacerdotes non desint, minime expediat; Idcirco Nos eorumdem Episcoporum, aliorumque Ordi-

nariorum Praesulum, prudentiam adhibentes; ut in huiusmodi circumstantiis, & ubicumque res optime constitutas invenerint, nec ullam eas immutatam ne- cessitatem revera adesse compererint, ab innovatio- nibus ablineant; & tam hoc iure, quod ipsis com- petere asserimus, quam ea facultate, quam Nos eisdem per has nostras Litteras impertiti sumus, ita utantur, quemadmodum aequitatis ratio, & anima- rum utilitas, ad quam unice respicere debemus, re- quirent, ac suadebunt, super quo Nos eorumdem Episcoporum, & Ordinariorum Praesulum conscientiam oneramus.

§. 7. Denique ne quis unquam, aut ullibi, cuiuslibet Ordinis, aut Institutii Regularis, ad animarum cu- ram exercendam, sine praevio examine & approbatio- ne Episcopi, seu Ordinarii Localis, assumi possit, eorundem praesentium serie statuimus, atque decerni- mus; prout alias statutum, decretumque per Nos fuit tam in praesentibus nostris Litteris, quam in aliis quin- to Kalendas Martii Anni ab Incarnatione Domini MDCCXLV. editis, & in Bullarii Nostri *Tom. II. num. I. impressis*, quarum initium est: *Quomodo ad confir- mandum*; quaeque & iisdem Sacrorum Canonum, ac Tridentinae Synodi, necnon Provincialium & Synoda- lium Conciliorum in ipsis Indiarum Regionibus ha- bitorum sanctionibus innixa sunt, & tam ad Occiden- tales, quam ad Orientales Indias se protendunt, ac ut- trobique inviolabilis legis vim obtinere debent.

§. 8. Praesentes quoque Litteras, & in eis conta- ta quaecumque, nulla unquam ex causa, colore, & ca- pite, etiam in corpore iuris clauso, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis ius vel interesse habentes, aut habere praetendentes, cuiusvis status, aut Ordinis, Congregationis, & Institutii, etiam hic de ne- cessitate specialiter exprimentis, existant, iisdem non consenserint, nec advocati, & auditi, neque causa, propter quas praesentes emanaverint, satis adducta, probata, aut verificata fuerint, de subreptionis, ob- reptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut consensus interesse habentium, aliove quolibet defectu notari, impugnari, aut in controversiam & iudi- cium vocari, etiam ad effectum obtinenda aperiitionis oris, aut restitutionis in integrum, adduci posse; sed semper & perpetuo firmas, validas & efficaces existere & fore, suoque plenarios effectus sortiri & obtinere, ac illis, quorum favorem concernunt, plenissime suf- fragari, atque etiam omnibus, ad quos respective perti- net, & pertinebit in posterum, inviolabiliter obser- rari, volumus & decernimus: sique, & non aliter, in praemissis iudicari & censeri per quoscumque Ordi- narios & Delegatos Iudices, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, eorumque Congregationes, necnon Apostolicae Sedis Legatos, seu Nuntios, aliosque quoslibet quacumque praereminentia & potestate fungentes & functuros; sublata sit, & eorum cuilibet; aliter iudicandi & interpretandi facultate; ac etiam irritum, & inane decerentes, quidquid ab eorum quolibet in contrarium iudicari & decerni, seu scienter, vel ignoranter atten- tari contigerit.

§. 9. Non obstantibus praedictis Sancti Pii Papae V., aliisque Romanorum Pontificum Praedecessorum nostro- rum in eorumdem confirmationem, etiam in forma spe- cifica, editis Litteris, nostrisque & Cancellariae Aposto- licae Regulae de non tollendo iure quaesito, aliisque A- postolicis, seu in Universalibus, Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis generalibus aut specialibus Constitutionibus & Ordinationibus; necnon quarum- que Ecclesiarum, seu Ordinum, congregationum, & Institutuum, etiam specialiter exprimentorum, quan- tumvis iuramento, confirmatione Apostolica, vel qua- vis alia firmitate roboratis, statutis & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, exemptio- nibus, & Indultis, etiam in corpore iuris clausis, aut sub quibusvis formis, & verborum tenoribus, seu clausis, & decretis, etiam derogatoriis derogatoriis, & irritantibus in genere vel in specie, etiam motu pro- prio, & de Apostolica potestate plenitudine, seu consistorialiter, ac ad Regum aliorumque supremo- rum Principum instantiam, vel peculiarium quorum- cumque meritorum intuitu, aliove titulo, etiam oneroso, quibuscumque Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus, etiam Militaribus, Congregationibus, So- cie-

Ordinario- rum examen & approba- tio necessa- ria in cejus- liber depa- ratione ad animarum curam.

Clausula salutaris, & Decreta op- portuna.

Derogatio- nes specia- les, & ge- nerales.

ANNO 1751.

cietibus, & Institutis, etiam Societatis JESU, val Sancti Joannis Hierosolimitani, alisque quibuslibet, in contrarium concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus & singulis, eorum tenores, formas, causas, & occasiones presentibus pro expressis, insertis, ac specificatis habentes, pari motu, & Apostolicæ auctoritatis plenitudine; ad præmissorum effectum, plenissime derogamus, eaque respective, quatenus presentibus adversantur, de medio tollimus, & abolemus per presentes. Quorum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eandem fidem ubique Locorum & gentium in Judicio & extra haberi volumus, quæ ipsi presentibus haberetur, si originaliter exhiberentur.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ permissionis, concessionis, facultatum importationis, declarationis, innovationis, admonitionis, derogationis, decretorum, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLII. decimo septimo Idus Novembris, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

D. Cardinalis Passioneus.

J. Darvius.

VISA DE CURIA

J. C. Boschi.

Loco + Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

III.

BEATIFICATIO

B. JOANNÆ FRANCISÆ PREMIOT DE CHANTAL Ordinis Monialium a Visitatione Sanctæ Mariæ nuncupatarum Fundatricis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM sexto decimo salutis nostræ turbulentissimo sæculo tot per universam Europam, tanque nefaria hæresim monstra longe, lateque omni impetu irruerent, & grassarentur; morientis Ecclesiæ lacrymas, & opprobrium Populi sui ut Pater misericordiarum abstergeret, fecit in bona voluntate sua, ut, cum abundaverit delictum, superabundaret & gratia. Per illa enim tempora, dum omnia maximis errorum, seditionum, & discordiarum fluctibus, & procellis jactabantur; ne contra summum angularem lapidem Portæ inferi prævalerent, in brachio extento suscitavit quamplurimos Electorum suorum, qui eximii, clarissimisque virtutibus Orbi Terræ illucescerent, & per illustria veteris disciplinæ exempla, in quibus Christianæ legis partes omnes exprimerentur, nova Sanctitatis germina procrearent, quorum ope, & auctoritate, Fidelium pietate aucta, & Perduellium conatibus fractis atque compressis, inclinatis Ecclesiæ rebus opportunum adhiberetur auxilium, Sponsæque suæ acerbissimi luctus tanto in discrimine allevarentur.

§. 1. Beneficentissimæ hujus Providentiæ præcipuum specimen, etiam in sexu fragili Pater Omnipotens, qui infirma mundi eligit, ut fortia quæque confundat, ostendere dignatus est, dum in Famulam suam JOANNAM FRANCISAM PREMIOT DE CHANTAL divitiis bonitatis & gratiæ suæ uberrime effudit. Hæc enim nobilissimis orta Parentibus, ea potissimum tempelate in lucem prodit, isque in locis prope versata est; in quibus transugarum finitimum immanis rabies, & furens audacia in Catholicam Fidem magis efferata videantur; ni-

Dei providentia corripit sæculi moribus exterruit plurimum eorum sanctorum iustitiam opposit.

BEATÆ JOANNÆ FRANCISÆ virtutes præstantissimæ.

hilominus JOANNA FRANCISCA a Deo sibi in hereditatem electa, benedictionibus dulcedinis præventa, & luminosissima charitate efficaciter ditata, vel a primis temporibus contra Mundi, & Diaboli nequias nomen Domini exaltavit, & per omnes ætates, variisque vitæ vicissitudines, adeo crevit in gratia & scientia Dei, ut Sanctus Franciscus Salesius spirituum probatione longe clarissimas pronunciarum non dubitaverit, eo sanctitatis & virtutis processisse Ancillam CHRISTI, ut pro ratione & modo gratiarum, quibus a Deo erat locupletata, nemini unquam asurgere altius liceret. Et sane, quæ tum in virginitate; tum Viro conjuncta, egregia summæ perfectionis indicia præbuerat, in solitudine demum, ac viduitate posita, tanta spiritus alacritate artissimum fantitatis iter arripuit, & in via mandatorum cucurrit, ut præ cæteris Divinis Characteribus, arduum illud emiserit Votum, semper facienda quidquid perfectius, Deoque gratius & acceptius fore intelligeret.

§. 2. Hinc novas in corde suo ascensiones disponens, eodem Sancto Francisco Saleisio optimo duce & auctore, novum instituit Sanctimonialium Ordinem a Visitatione Sanctæ Mariæ nuncupatarum, quæ alte jactis omnium virtutum fundamentis, & Castitatis, & Fidei hostibus impudentissimis, velat aciem ordinatam in conspectu inimicorum fortiter opposuit: ut, dum illi summa vi, impetuque contenderent, quo Religiosum Christiani celibatus propositum funditus everterent, & penitentis saluberrimas leges penitus abrogarent, nova integritatis & innocentie prole, Deo afflante & incrementum præbente, Ecclesiam fecundaret.

§. 3. Quapropter præstantissimæ huic Viduæ satis convenire arbitrandum est, quod de Sanctis Olympiade, & Paula veterum sacrarum rerum literis tradita monumenta testantur. Quemadmodum enim Chrysofomo, & Hieronymo, sapientissimis & sanctissimis Viris, nobilissimæ hujusmodi Fœminæ ad Fidei præsidium, & pietatis fructum & emulationem instituentibus adhæserunt, sic Sancto Francisco Saleisio auctori & confirmatori Religionis studiosissimo, JOANNA FRANCISCA precibus, vigiliis, & laboribus præsto fuit. Quiddam enim longo studio, & diuturna meditatione in Dei cultum, & Proximorum saltem completi poterat, hoc illa libavit, didicit, atque perfecit. Facta igitur spectaculum Mundo, Angelis, & Hominibus, quæ, dum viveret, magnum sibi nomen comparaverat, postquam cessit e vita, singularem Sanctitatis famam undequaque est consecuta, universale hominum cæcus, qui Sancti Francisci Saleisii doctrinam admirabantur, probatissimam hanc Viduam benedictentes benedebant.

§. 4. Verum, cum inani quorundam opinione, diutius quam par erat, ordinarii processus dilati essent, hinc quamplurimæ difficultates subortæ sunt, quæ Famulæ Dei Beatificationi maxime obstitabant, quæque ipsius causam per plures annos sunt remorata, ut in nostro Decreto, quod die 21. Augusti proxime elapsi emissimus, latius apparet; nihilominus Divina tandem ope, quæ contra faciebant, accuratissime enodatis, Famulæ Dei Virtutes in gradu heroico, & quatuor Miracula a Deo ipsius intercessione edita, in Sacrorum Rituum Congregatione pluries poposita, tum Cardinalium, tum Consultorum Suffragiis approbata fuerant.

§. 5. Nos itaque, communibus, & peculiaribus Christianorum Principum, Episcoporum, Capitularum, Civitatum, ac Sanctimonialium a Visitatione Beatæ Mariæ nuncupatarum precibus & votis annuentes, necnon de memoratorum Cardinalium consilio & assensu, auctoritate Apostolica, tenore presentium Indulgemus, ut eadem Serva Dei JOANNA FRANCISCA PREMIOT DE CHANTAL impoſterum BEATÆ nomine nuncupetur, ejusque Corpus, & Reliquiæ venerationi Fidelium (non tamen in Processionibus circumferendæ) exponantur; Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de ea sub ritu Duplici recitetur Officium, & Missa celebretur nec Virginitatis, nec Martyris singulis annis, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani die vigesima prima Augusti. Porro recitationem Officii, ac Missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus in locis tantum infraſcriptis, in Civitate Divione, in qua dicta Serva Dei ortum habuit, ac in Oppido Molinis, in quo efflavit Animam, necnon in Oppi-

PONT. A. XI.

PONT. A. XI.

ANNO 1751.

Beatificationis solemnitas.

Fides habenda Transumptis.

Dar. die 13. Nov. 1751.

Proœmium ex cuius Pontificum in extenuanda, & conservanda Vaticana Basilica.

Pontifex si mille studium prosequatur.

Clem. VII. qui Basilicam Fabricam magnopere promovit. Colleg. LX. Virosurum fieri eadem Fabrica instruit.

Oppido Anecii, in quo ejus Corpus humatum remansit, ac in singulis Monasteriis Monialium dicti Ordinis, & quantum ad Missas attinet, etiam a Sacerdotibus confuentibus. Præterea primo dumtaxat anno, a datis hinc Litteris inchoando, in Ecclesiis Locorum, ac Monasteriorum prædictorum solemnitas Beatificationis ejusdem, cum Officio, & Missa sub ritu Duplici Majori, die ab Ordinariis constituta, postquam tamen in Basilica Principis Apostolorum de Urbe celebrata fuerint ejusmodi solemnitas, pro qua re diem xxi. mensis Novembris currentis assignamus, pariter celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis de, & super non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum presentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii supradictæ Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Præfecti sui pro Præfecti ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsi presentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Novembris MDCCLII. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

D. Card. Passioneus.

CONGREGATIONI FABRICÆ

Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe novus Cardinalis Præfectus deputatur, & Congregatio Particularis super rebus æconomicis ejusdem Fabricæ instituitur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Quanta curarum & expensarum mole Prædecessores nostri Romani Pontifices, alii quidem ad reedificandam B. Petri Basilicam, alii vero ad eam perficiendam atque ornandam, alii demum ad eandem conservandam opportune restauranda incubuerint, universus novit Terrarum Orbis, quem hujusce augusti & pulcherrimi Templi, ac religiosæ eorumdem Pontificum magnificentiæ fama pervasit. Ad quæ omnia in Dei honorem, ac Beatissimi Apostolorum Principis venerationem agenda, ac perficienda, necesse ipsis fuit, tam pro exactione reddituum ac proventuum in opus Fabricæ ejusdem Basilicæ assignatorum, quam pro fidelis ac provida eorumdem erogatione in ipsum opus, ad quod unice destinati sunt, pari diligentia ac studio advigilare. Et Nos quidem hoc tot Pontificatus nostri decursu minime passus sumus nostram in his operam studiumque desiderari; probe noscentes, hujusmodi onus non solum cum Romani Pontificis munere, quod pro virum nostrarum modulo gerimus, conjunctum esse, verum etiam ad Nosmetipsos peculiari ratione pertinere, qui, quem olim in eadem Vaticana Basilica Canonatum & Præbendam per annos xiv. obtinuerimus, ad Nos transferre possumus verba illa, quæ magnus quondam prædecessor noster Innocentius Papa III. de se scripsit, videlicet: Inter cæteras Ecclesias per universum Orbem diffusas, Basilicam Principis Apostolorum, utpote Sedem Nostram, specialius diligere ac honorare tenemur; sicut qui olim in ipsa Canonici Beneficium assecuti, nunc de filio in patrem ejus, Divina sumus imitationis promoti.

Clem. VII. §. 1. Sane quem recit mem: prædecessor noster Julius Papa II. ingens hoc opus Vaticani Templi reedificandi magno animo conceptum vix aggressi poterit, ejusque successoribus Leonis X. & Hadriani VI. ob temporum difficultates, parum adjuvamenti licuerit ad id conferre; satis constat, Pontifici Clementi VII. datum fuisse, ut & primus omnium inceptum opus magnopere promoveret, & quæ ad ipsam Fabricæ constructionem, atque etiam ampliationem & conservationem, in posterum necessaria Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. III.

forent, certa ratione procuranda & administranda constitueret; quam ob rem Collegium unum LX. Virorum Curialium, ex omnibus Nationibus eledorum, instituit ac deputavit, illudque, ac personas eisdem scriptas, quum a quorundam etiam Cardinalis ejusdem Basilicæ Archiepresbyteri, jurisdictione ac superioritate, in his, quæ Fabricam ipsam concernerent, exemisset, sibi dumtaxat & Apostolicæ Sedi immediate subjecit; prout in dicti Clement. Litteris incipientibus: Admone Nos, Datis apud S. Petrum Anno Incarnat. Dominicæ MDXXIII., pridie Idus Novembris, latius & plenius continetur.

§. 2. Hoc autem Collegium eo usque forsitan permanisset, donec opportunum fuit, ac ædificii mox ad de-VIII. Congregationem initio formam & amplitudinem perducta est. Fabrica ex Verum, immutatis rerum circumstantiis, sel. record. S. R. E. Cardinalibus, & Prædecessor noster Clemens Papa VIII. (ut ab iis prælati Congregationem invenimus) in hujusmodi extincti Collegii locum erecit. peculiarem Congregationem Fabricæ Santi Petri nuncupatam instituit, in qua præter Cardinalem Præfectum, certoque Curia: Prælatos & Officiales, nimirum Auditorem Generalem Causarum Camera Apostolicæ, necnon Thesaurarium pariter Generalem ejusdem Camera, atque Palatii Apostolici Præfectum, & Auditorem Decanum Causarum ejusdem Palatii Apostolici, ac unam ex Clericis Præfidentibus dictæ Camera, & Judicem Ordinarium ipsius Fabricæ, ac ejusdem Fabricæ Oeconomum Generalem, qui etiam hujusmodi Congregationis Secretarius existit, necnon ipsius Fabricæ Advocatum, quibus in hujusmodi Congregatione locum & suffragium perpetuo attribuit, plures quoque alios S. R. E. Cardinales, ejusdemque Curia: Prælatos, arbitrio Romani pro tempore Pontificis eligendos similem locum atque suffragium respective habere voluit & decrevit; dictorum vero Oeconomi, ac Judicis deputationem pro tempore, sibi & Successoribus Romanis Pontificibus reservavit.

§. 3. Quamvis autem supradictus Prædecessor noster Clemens VII. primordium Collegium LX. Deputatorum Fabricæ S. Petri, a jurisdictione & superioritate Archiepresbyteri Basilicæ Vaticanæ, ut etiam inuimus, nominatim exemptum esse & fore decreverit; Quum tamen alter deinde prædecessor noster Sixtus Papa V. hujusmodi jus & superioritatem Collegium in ipsum Deputatorum Collegium hoc mem: Evangelistæ Cardinali Pallotta nuncupato Archiepiscopo Consentino, & dictæ Basilicæ Archiepresbytero concesserit, ut videre est in ipsius Litteris incipientibus: Cum ex debito, Datis apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDXC. quarto nonas Martii, ejusdem Pontificatus Anno V., ubi legitur: Nihilominus valde expedit, ut Tu Fabricæ prædictæ auctoritate, consilio, & laudabili studio incumbas, ut chipresbyteratum prædictum obtinueris, Fabrica, & ejus Collegii prædicti Protocollum & Superiorum auctoritate Apostolica tenore presentium committimus & deputamus: Cumque idipsum deinceps usque ad hæc nostra tempora factum fuerit, etiam postquam Collegio dictorum LX. Deputatorum, a Clemente VIII., ut præsertur, subrogata fuit Congregatio ex pluribus S. R. E. Cardinalibus, ac Romanæ Curia: Prælati composita, itaut idem super hujusmodi Congregationis & Fabricæ prædictæ Præfecti constituti fuerint, qui Vaticanæ Basilicæ Archiepresbyteratum pro tempore obtinuerunt; quemadmodum ex rerum gestarum monumentis nostro jussu conquisitis recognoscitur est, atque etiam animadvertum fuit ab iis, qui citatas Sixti V. Litteras in Bullario Basilicæ Vaticanæ editas diligentibus Notis illustrarunt, quorum hæc verba sunt: Exemplo tamen Sixti V. quosque illum secuti sunt Romani Pontifices Collegii Rev. Fabricæ Præfecturam in Cardinales Archiepresbyteros constitutos; Hinc est quod quom boni mem: Annibal Bassidum videret S. R. E. Cardinalis Albanus nuncupatus, & Cardinalis qui dictæ Basilicæ Vaticanæ Archiepresbyteratum in censu com. d. Commenta ad sui vitam ex concessione & dispensa. m. d. v. tione Apostolica obtinebat, simulque Præfectus Fabricæ & Congregationis prædictæ existebat, superioris Fabricæ ri. mense Octobris ex hac vita migraverit, Nosque Præfectum nuper dictum Archiepresbyteratum Dilecto Filio constituit.

A a nostro

Clemens VIII. Congregationem fabricæ ex Verum, immutatis rerum circumstantiis, sel. record. S. R. E. Cardinalibus, & Prædecessor noster Clemens Papa VIII. (ut ab iis prælati Congregationem invenimus) in hujusmodi extincti Collegii locum erecit.

Sixtus V. Archiepresbyter Basilicæ Vaticanæ LX. Virorum Curialium subjecerat.

Exinde ornatissimæ Archiepresbyteri Basilicæ Vaticanæ Præfecti.

Idco Pontifex, qui Archiepresbyteratum Basilicæ Vaticanæ in censu com. d. Congregatio nis Fabricæ Præfectum nuper dictum Archiepresbyteratum Dilecto Filio constituit.

ANNO nostro Henrico Benedicto Marie Clementi eisdem S. R. E. Presbytero Cardinali Duci Eboracensi nuncupato, quoad vixerit obtinendum, Apostolica auctoritate per Litteras Apostolicas commendaverimus, nunc eisdem Henricum Benedictum Mariam Clementem Cardinalem Fabricæ prædicte, & Congregationis eisdem Fabricæ Præfectum, quamdiu etiam vixerit, & Archiepiscopatus prædicti Commenda obtinuerit, cum omnibus iuribus & honoribus huiusmodi Præfecturæ adnexis, quibus dictus Annibal, dum viveret, gavisus fuit, eadem Apostolica auctoritate, ac præsentium Litterarum tenore, constituimus & deputamus.

§. 4. Porro duplicis generis negotia sunt, circa quæ huiusmodi Congregatio Fabricæ primò dicto LX. Deputatorum Collegio iam dudum, ut præfertur, subrogata versatur. Alia siquidem iudicalem respiciunt cursum causarum & litium, in quibus ipsius Fabricæ Iudex Ordinarius sententiam tulit, aut definitive decrevit, quoties pars in priori instantia succumbens, adversus sententiam aut decretum definitivum huiusmodi reclamavit; circa quæ nihil invenimus, quod nova aliqua ordinatione indigeret. Quare illud idem in Causis contentiosis huiusmodi a Generali Congregatione Fabricæ prædicte præstandum erit in posterum, quod superioribus temporibus ab ipsa præstari consuevit. Sed quia nonnunquam evenisse accepimus, ut huiusmodi Congregatio Generalis per integrum aliquot annorum decursum coacta non fuerit; volumus & decernimus, ut a prædicto Cardinali Præfecto, per Nos, ut præfertur, deputato, ejusque successoribus in futurum, duabus saltem vicibus in singulos annos huiusmodi Congregatio Generalis convocetur, atque in ea videatur, & prout iuris erit, rescribatur in Causis ad ipsius jurisdictionem spectantibus; servatis tamen legibus alias per Nos, in confirmationem Decretorum per prædecessores nostros Romanos Pontifices, eorumque auctoritate editorum, statutis & promulgatis per nostras Litteras, quarum initium est: *Romana Curia*, datas apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1744. duodecimo Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno V.

§. 5. Alterius vero generis negotia, quæ spectant ad Oeconomicum ipsius Fabricæ regimen, visa sunt providentiæ nostræ curas requirere. Quum enim satis appareat, huiusmodi res in Congregatione Generali commode ac diligenter, ut par est, tractari non posse; ac propterea aliquo ab hinc tempore usus inoleverit, ut vel a Cardinali Præfecto, vel ab Oeconomico prædicte Fabricæ, cum Pontifice immediate ageretur de expensis etiam majoris momenti, & ingentes pecuniarum summas requirerentibus, quæ pro ipsius Basilicæ necessitatibus, aut ornamentis faciendæ occurrerent; contra quam antiquitus fieri consueverat, dum graviora huiusmodi negotia, antequam ad Pontificem deferrentur, ab ipso prius Cardinali Præfecto, una cum aliis aliquo Cardinalibus atque Ministris, ex his, qui in generali prædicta Congregatione locum habent, diligenter ac mature discutiebantur; antiquiorem huiusmodi consuetudinem in posterum observari volumus, idque non solum Oeconomicis ipsius Fabricæ rationibus proficuum, verum etiam ad reprimendas magna ex parte censuras & oblocutiones, quibus plerumque notari contigit eos sumptus, qui pro Vaticani Templi conservatione, aut ornatu sunt, opportunum fore confidimus.

§. 6. Itaque ad huiusmodi oeconomicam Fabricæ S. Petri negotia cognoscenda ac dirigenda, Congregationem Particularem ex uno Cardinali Præfecto, ac tribus aliis S. R. E. Cardinalibus prædicte Congregationis Generalis, & ex ea selectis, compositam erigimus & deputamus; Huius autem Congregationis Particularis Præfectum eundem esse volumus, quem superius, ipsarum præsentium tenore, primo dictæ Congregationis Generalis, ipsiusque Fabricæ Præfectum constituimus; eidemque Congregationi Particulari infra scriptos tres alios Dilectos pariter Filios nostros, videlicet Silvium Tituli S. Calisti Presbyterum Cardinalem Valentem, & Hieronymum S. Angeli in Foro Piscium Diaconum Cardinalem Columnam, quem, licet is, pro munere Præfecti Palatii nostri Apostolici, cum ante, tum post

Congregationem Generalem Fabricæ super Causis contentiosis, his quolibet Anno haberi mandavit.

Quoad Oeconomicum Fabricæ regimen, recte rem motum & egerit methodum innovari statuit.

Ideo Congregationem particularem ex quatuor S. R. E. Cardinalibus instituit.

sua ad Cardinalatus assumptionem, in dicta Generali Congregatione Fabricæ sessionem habuerit, nihilominus, quatenus opus sit, inter Cardinales eidem Congregationi Generali Præpositos, per eosdem præsentes accensimus, ac Præpositum S. Georgii in Velabro Diaconum Cardinalem Columnam de Sciara, respectively nuncupatos, de quorum idoneitate & experientia in ejus generis rebus, quæ huiusmodi Congregationis Particularis a Nobis per præsentes erectæ cognitioni & directioni committimus, ac demandamus Nobis plene constat, etiam per præsentes ascribimus, eosque ad supradicta oeconomicam negotia in eadem Congregatione communiter consultanda & tractanda, cum pleno suffragii jure, eligimus & deputamus.

§. 7. Huius autem Congregationis Particularis Secretarium cum voto consultivo eligimus pariter & deputamus dilectum Filium Magistrum Franciscum de Albatibus Olivarium, qui etiam ejusdem Fabricæ Oeconomicus Generalis, dictæque Congregationis Generalis Secretarius exiit; ac præterea eidem Congregationi Particulari cum consultivo similiter voto interesse volumus dilectum quoque Filium Magistrum Ludovicum de Constantio sepelidæ Fabricæ Iudicem Ordinarium; decernentes, utriusque eorum in Oeconomico ac Secretarii & Iudicis Officiis respectively successores, in huiusmodi Congregatione Particulari futuris temporibus similem locum & voti jus obtinere debere.

§. 8. Volumus autem, ut a prædicto & pro tempore existente Cardinali Præfecto, una cum dictæ Fabricæ Oeconomico, occurrentes sumptus pro factis teclis, aliisque Vaticanæ Basilicæ opportunitatibus quingentorum scutorum monetæ currentis summam non excedentes, etiam sine huiusmodi Congregationis Particularis, aut Romani pro tempore Pontificis assensu, fieri possint. Ubi vero opus faciendum huiusmodi quingentorum scutorum summam excedere dignoscatur, nihil ab ipsis fieri volumus sine prædictæ Congregationis Particularis examine; in qua videlicet consultandum erit tum super proposito operis necessitate aut congruentia, tum super executionis modo & conditionibus, aliisque omnibus, quæ ad ipsius operis perfectionem, & ad oeconomicas Fabricæ rationes opportune advertenda videbuntur. Omnia vero ad Romanum pro tempore Pontificem, sive a Cardinali Præfecto, sive a Secretario referri debebunt; non sine indicatione differentie ac numeri suffragiorum, atque etiam rationum, quas unusquisque ad confirmandam sententiam suam attulit: Ut is nimirum, omnibus cognitis atque perpensis, resolutionem in Congregatione captam, nisi aliter ipsi videatur, approbare & confirmare, ejusque executionis incessanter promovendæ ac providè dirigendæ curam uni vel alteri ex quatuor Cardinalibus, sive ex duobus Prælati dictam peculiarem Congregationem constituantibus, pro suo arbitrio, demandare valeat.

§. 9. Huic ipsi Congregationi Particulari rationes, & computa generalia Fabricæ, eorumque summaria, singulis quatuor Mensibus exhibenda statuimus & mandamus, ut eadem Congregatio, habito præ oculis universo statu oeconomico ipsius Fabricæ, de propositis sumptibus opportuna consilia capere possit. Dumque Cardinales & Prælati ad consultandum convenient, quod quatuor saltem vicibus in anno fieri debet, ad Aula limen adire volumus ipsius Fabricæ Ratiocinatorem, & Architectos, atque Pidorem operibus testelatis præpositum, necnon ipsius Fabricæ promptuarii Custodem, vulgo *Fattor Generale* nuncupatum, ut præsto sint ad omnia, quæ ipsa Congregatio ab eis requirenda, vel demandanda iudicabit.

§. 10. Denique, quum Nobis omnia comperta esse nequeant, quæcumque ad rectum oeconomicum regimen ejusdem Fabricæ opportuna forsitan existant, vos statim adhibemus etiam, ac præsentium Litterarum tenore decernimus & mandamus, ut a prædicto Cardinali Præfecto, una cum tribus prælati aliis Cardinalibus, ac duobus Prælati prædicte Congregationi Particulari per Nos ascriptis, cum primum fieri poterit, non intermissis interim curis Congregationum Generalium, & Particularium a Nobis etiam superius præscripto, accurata instituat & peragatur visitatio ipsius Fabricæ ejusque status oeconomici activi & passivi, conditiisque Decretis, quæ ipsis opportuna videbuntur, eorum

PONT. A. XII.

Hoc Congregationis Decorum & Iudicem Fabricæ intercedit jubet

Facultatem huius Congregationis delegat.

Composita etiam etiam exhibenda singulis quatuor Mensibus.

Interim visitationem & passivam huiusmodi intercedit jubet, ut Relatio ac Pont. fiat.

PONT. A. XII.

Clavula etiam derogatorie constituit.

rum relatio ad Nos fiat; Nos enim quæcumque ab ipsis rite statuta & ordinata noverimus, Apostolica confirmatione roborare, atque Auctoritatis nostræ præsidio jurare parati sumus; certam habentes fiduciam, nihil ab ipsis decernendum fore, quod consentaneum non sit menti ac proposito nostro, rectè nimirum atque fidei administrationi redditum ac proventum ipsius Fabricæ, eorumque opportuna erogationi, resecatis abusus, si qui forte elapsi temporis decursu circa hæc inventi fuisset dignoscatur, certique rationibus constitutis, per quas optimo rerum ordini in futurum etiam consultatur.

§. 11. Atque ita & non aliter in præmissis omnibus agendum & procedendum decernimus & statuimus; Non obstantibus contrariis forsitan Apostolicis Constitutionibus & Ordinationibus, seu ejusdem Fabricæ & Congregationis Generalis erectione, statutis, usibus, stilis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque.

LIV.

AVIÆ NEOPHITÆ

Asseritur jus offerendi ad Baptismum infantes Judæos ex Filio præmortuo Nepotes.

Epistola ad R. P. Petrum Hieronymum Guglielmi Congregationis S. Officii Assessorem.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

PONTIFEX A. XII. docuit, quæcumque habeant offerendi infantes ad Baptismum.

PROBE te meminisse arbitramur, Nos in Epistola nostra die 28. Mensis Februarii Anni 1747. ad Venerabilem Fratrem Vicarium Urbis Vicegerentem, Tarsensem tunc temporis Archiepiscopum, nunc autem Constantinopolitanum Patriarcham conscripta, qua typis excusa, deinde in secundum Bullarii nostri Tomum inserta fuit, definitivè, patrem, qui ex Judaica perfidia ad Christianam Fidem conversus sit, posse filium suum infantem vel impuberem, Judæa Matre licet dissidente, Sanctæ Religionis nostræ initiandum offerre; Matræ etiam Christi Fidem amplexæ hanc eandem potestatem inesse, quantumvis Pater in Judaismo perseverans contradicatur; præterea huiusmodi offerendi jus ad Tutores pertransire; illiusque paternum quoque Avum participem esse, qui, secundum opinionem, quæ Tribunalium decretis pluries rata habita, & confirmata est, Nepotem infantem vel impuberem Sanctæ Religionis Christianæ valide offert, etiam si vel Pater, vel Mater, ut etiam utriusque in Judaismo permanentes contradicant. Qua quidem de re omnia in eadem Epistola nostra plene discussa & comprobata reperitur. Verum quia nulla ibidem Paternæ Aviæ facta mentio est, num videlicet hæc Nepotem infantem, vel impuberem, Parentibus etiam illius, ac Tutoribus contradicentibus, Sanctæ Religionis nostræ offerendi vis haberet; eventus nuperime contigit, qui de hac quoque re Nobis agendi occasione præberet. Judæus etenim cum decesserit, ac filios duos uxoremque gravidam reliquerit, eandem uxorem tutricem constituit, aliis etiam Judæis tutoribus, tam filiorum, qui nati, quam qui nascituri essent, nominatis; superstes Avia paterna erat, Christianam Fidem iam dudum amplexa, quæ Sanctæ Religionis nepotes offerre volebat, & cuius pio proposito ac studio tam patri, quam paternæ amitæ, Judæi scilicet prius defuncti fratres, & sorores, qui antea pariter Sanctum Baptismum receperant, adhererant. Cum itaque controversi ceptum sit, num huiusmodi oblatio acceptari possit ac debeat, ea in præsens questio necessario insistentia est, quæ in altera Epistola plane prætermissa fuit; exacteque discutendum, num Avia nepotes offerendi potestatem habeat, & num ea oblatio acceptanda, quamvis tam Mater tutrix, quam alii tutores Judæi contradicant. Hoc controversiæ caput argumentum erit præsentis Epistolæ nostræ, quam Tibi, Dilecte Fili, directam volumus, quoniam in Sanctissimæ Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. III.

PONT. A. XII.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum constitutionis, deputationis, erectionis, electionis, adscriptionis, mandatorum, voluntatum, ac decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Domini MDCCLII. decimo septimo Kalendas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

D. Card. Passioneus. J. Datarus. VISA DE CURIA. J. C. Boschi. J. B. Eugenius. Loco + Plumbi. Registrata in Secretaria Brevium. Publica die 28. ejusdem Mensis, & Anni.

SOPRA L'OFFERTA

Fatta dall'Aya Neofita di alcuni suoi Nipoti infanti Ebrei alla Fede Cristiana.

Lettera a Monsignor Pier Girolamo Guglielmi Assessore del Sant'Officio.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

AVRA' ella la bontà di ricordarsi, essere stato da Noi stabilito nella nostra Lettera scritta ai 28. di Febbrajo 1747. a Monsignor Vice-Gerente, allora Arcivescovo di Tarso, ed ora Patriarca di Constantinopoli, che fu data alle stampe, e di poi inserita nel secondo tomo del nostro Bollario, potere il Padre Neofito offerire alla Santa Fede il Figlio infante, o impubere, ancorchè dissidente la Madre Ebraea; potersi ciò fare dalla Madre Neofita, benchè il Padre Ebreo contraddicatur; e passare questo diritto d'offerire anche a Tutori, e finalmente offerre partecipe l'Avo paterno, che, giusta l'opinione più volte canonizzata ne' Tribunali, validamente offre il Nipote infante, o impubere alla Santa Cristiana Religione, ancorchè dissentano o il Padre, o la Madre, o pure ambidue rellati nell'Ebraismo. Tutto nella Lettera fu pienamente discusso, e comprovato. Nulla però in essa si parlò dell'Ava Paterna, cioè, se questa avesse il diritto di offerire il Nipote infante, o impubere alla nostra Santa Fede, ancorchè contraddicando i di lui Genitori, e Tutori Ebrei; ma essendo poco tempo fa succeduto il caso, che essendo morto un Ebreo, ed avendo lasciato due Figli, e la Moglie gravida, con averla fatta tutrice, ed unitamente coll'averli nominati altri Ebrei tutori de' Figli nati, e che erano per nascere, ed essendo viva l'Ava paterna, già fatta Cristiana, e volendo questa offerire i Nipoti alla Fede Cristiana, ed aderendo alle di lei pie premure gli Zii, e le Zie paterne, cioè i fratelli, e sorelle del defuncto, che tempo fa ricevettero il Santo Battefimo; nata controversia, se tale oblatione possa, e debba accettarsi, ed ora perciò l'entrare nella questione, di cui l'altra volta non si trattò; strettamente esaminando, se possa l'Ava offerire i Nipoti, e se l'offerta debba accettarsi, ancorchè contraddicando la Madre tutrice, e contraddicando ancora i Tutori Ebrei; ed a questo punto è ristretta la presente nostra Lettera, che scriviamo a lei, giacchè nel Tribunale della Santissima Inquisizione, in cui ella lodevolmente adempie l'ufficio di Assessore, si è questo punto prima esaminato fra i Consulitori, e di poi fra i Cardinali alla nostra presenza, dopo aver lette, e conferate le Scritture fatte da' bravi Professori per l'una, e l'altra parte.

Ora si deve esaminare, se l'Ava possa validamente offerire i Nipoti infanti, con contraddicando la Madre, e i Tutori Ebrei.